

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-749114-p0001-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-749114-p0002-8

38

No. IV.

MISCELLANEÆ THESES.

Quas

Occaſione Diſcurſuum publicorum

collectas,

SUB PRÆSIDIO

JOANN à SCHULTZ

SZULECKI, JCT.

privato-publicæ disquiſitioni ſubmittunt

Reſpondens

HENRICUS DANIEL TRUTENIUS.

& Opponentes

DD. à FüRST ET à BRAND.

d. 1. Februar. MDCCII.

Francofurti ad Viadrum,

Typis TOBIÆ SCHWARTZII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-749114-p0003-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-749114-p0004-0

I.

RES Sacræ ſunt quidem extra privatorum hominum patrimonium, ſed non extra Reipublicæ vel illius vicem gerentis poteſtatem: Ratione finis Sacræ dici poſſunt, non verò ratione Dominii imprimis, ut à quibusdam vocatur, Eminentis, vi cujus eædem res Sacræ poſſunt in profanum, ita dictum uſum publicum, converti.

II.

Ipſa quidem res religioſa alienari nequit: Jus tamen in re vel ad rem circa rem religioſam vendi donari & alienari poteſt, citra crimen Simoniæ.

III.

Rerum ſanctarum privilegio utuntur muri, portæ & Legati. &c. Hæc tamen ſanctimonia certis in caſibus & ſervari debet, & infringi poteſt.

IV.

Res, quæ nullius eſſe dici ſolent, ad Principem pertinere, non ex ratione præſcriptionis, neque occupationis, ſed ex cauſâ imperii, per quam libertas acquirendi ſingulis etiam competens, reſtringi poteſt, defendi poteſt.

V.

Jus venationis, aucupii, piſcationis, Theſauri acquirendi Subditis a Principe auferri poteſt, nullâ Subditis injuriâ illatâ. Neque enim illis jus in feras, aves, piſces, theſaurum quæſitum eſt.

VI.

Difficilis eſt diſtinctionem inter res communes, publicas & univerſitatis conciliandi ratio: Ita fortè tamen conciliari poteſt. Prima ſpecies omnium animantium, Secunda hominum, Tertia Civium conditionem exprimit.

VII.

Modi Jure G. in acqvirendo dominio ſunt vel originarii vel derivativi. Neuter tamen plenum jus tribuit ſed tantum quandam poſſeſſionis ſecuritatem.

VIII.

Occupationem & traditionem ad dominii eſſentiam pertinere, & defendi certò reſpectu & impugnari poteſt.

IX.

Miles in bello captus fit occupantis & jure G. inter res locatur, ſed ſuſpenſo interim poſtliminii jure, inter perſonas cenſeri poteſt. Eodem verò poſtliminii jure, jus in perſonam uxoris conſeqvitur ratione matrimonii, non verò in res dotales ab ipſâ acceptas.

X.

In puncto acceſſionis non tantùm brutalis ſed etiam humanus foetus in uſufructu eſſe poteſt. Non enim abſurdum eſt, hominem in fructu eſſe.

XI.

Jure G. inſula non pertinet ad Dominos vicina fluvio prædia habentes, ſed occupanti cedit ratione proprietatis, ſed ratione jurisdictionis Principi.

XII.

Diſtinctionis ratio inter Scripturam & Picturam ex Jure Civ. non minùs qvam moribus noſtris optimè defendi poteſt.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-749114-p0006-1

01 A 6541 f

ULB Halle 3
003 090 396

TA → OL

VD18

VD 17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-749114-p0008-2

38

o. IV.

LLANEÆ
ESES.

Quas

curſuum publicorum

ollectas,

PRÆSIDIO

SCHULTZ

ECKI, JCT.

e disquiſitioni ſubmittunt

Reſpondens

ANIEL TRUTENIUS.

Opponentes

ST ET à BRAND.

bruar. M D C C II.

furti ad Viadrum,

SIÆ SCHWARTZII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-749114-p0009-1